UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Pars tertia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1559

Visual Library

Linguarum Vett.

SEPTENTRIONALIUM

THESAURI

GRAMMATICO-CRITICI

ET

ARCHÆOLOGICI

PARS TERTIA:

SEU

Grammaticæ *Islandicæ* Rudimenta

PER

RUNOLPHUM JONAM Islandum,

CUM

GEORGII HICKESII

ADDITAMENTIS AUCTA ET ILLUSTRATA.



OXONIÆ,

E Theatro Sheldoniano, *An. Dom.* MDCCIII.

A D

Ornatiſſimum Virum

ROGERUM SHELDON

Armigerum,

GEORGII HICKESII

De hac Secunda Sua Grammaticæ *Iſlandicæ* Editione

PRÆFATIO.

CUM ſæpe multa jucundè & ſcienter mecum diſputares, *Colendiſſime Sheldone*, de Linguis Vetuſtis Septentrionis, non tantum egregie commodeque dicere ſolebas, quibus me in edendis his libris, qui illarum vim totam & præſtantiam exponunt, confirmaſti; ſed ea etiam ſciſcitari, quibus ipſe Tibi ſingularum ingenia optume poſſem reſpondens explicare. Maximè autem memini, cum unà domi Tuæ eſſemus, multa de Linguâ dicta RUNICA Te à me diligenter quæſiviſſe. Cui reddens dixi linguam veterem, quam alii *Danicam*, alii *Cimbricam*, alii vero *Scandicam* nuncupant, *Runicæ* tandem nomen eſſe ſortitam à RUNIS, hoc eſt, ab antiquiſſimis *literis*, quas Saxeis ſuis monumentis incidere, & quibuſcum Codices ſuos veteres Scandiæ populi, & ab iis oriundæ gentes, potiſſimum *Iſlandi*, ſcribere ſolebant. Dixi etiam continuo ſpiritu me propterea *Runolphi Jonæ* Grammaticam *Iſlandicam* cum meis excudiſſe, quod *Iſlandi*, ad quos raro Mercatores commeant, eodem fere vetere & genuino ſermone jamdudum utuntur, quo ante annos fere octingentos locuti ſunt, * cum, patria ſua *Norvegia* ob *Haraldi Pulchricomi* tyrannidem relicta, ſibi ſuiſque conſulentes in *Iſlandiam*, montibus, nivibus & ſylvis conſpicuam, navigare cœperint. Longum eſſet omnia referre quæ in ſermone iſto, quem de hac lingua habuimus, tum dicta ſunt. Tibi vero fuiſſe jucunda, quæ dicebam; atque *Runolphi* Grammaticam ita à me in hac altera noſtra editione comparatam eſſe, ut *Runæ*, quæ à recepta fide *Chriſtiana* exoleſcere cœperant, facile diſcerentur, Te gaudere, & verbis & vultu commonſtrabas. En igitur, *doctiſſime vir*, quæ omnibus Tuis de Sermone *Runico* tunc interrogatis pleniſſimè reſpondebit, Grammaticam *Iſlando-Scandicam* multis tabellis *Runicis* & obſervationibus noſtris auctam & illuſtratam. In quâ, ne quod noſtrum eſt *Runolpho* attribuere velle, aut quod *Runolphi* eſt nobis arrogare videar, ſcire Te velim maximam noſtrorum partem me in margine ponendam curaſſe. Quæ vero in textu addere oportebat, ea cum *lunulis notata*, diſcriminis cauſa, fecimus excudi. Cætera *Runolphi Jonæ* poſt *Arngrimum* Arctoï orbis fulgentiſſimi ſyderis univerſa ſunt. Cujus venerandis manibus ne injurius forem confundendo quæ ille tradidit, cum iis quæ adjecimus, hoc ut noſceres, imprimis faciendum mihi putavi.

Hæc apud Te Lectoris vices obeuntem præfari viſum eſt, qui forſan ſenex diſces *Runicas literas*; quemadmodum ſuperior ille *Cato*, cum Te ætate multo grandior eſſet, *Græcas* avidè didiciſſe fertur, doctrinæ juvenili cupiditate flagrans. Quidni igitur Tu, *Catonis* exemplum ſecutus, ad delectationem Tuam idem faceres, cum *Græcis* & *Latinis*, quorum ſcientiâ excellis, Runica conjungendo, ut humaniorum & barbararum quas durius vocant, literarum doctrinâ par eſſe poſſis? Senem quidem anni & imbecillum corpus Te fecerunt: ſed Juvenili robuſtoque animo frueris, quem in iis lectitandis, quæ Tibi placeant, facile poſſis exercere.

Verum Tuo etiam colendiſſimo mihi Nomine præfationem eſſe inſcriptam volui, ut in nullo non loco, ad quem pervenerint hi libri, amicitiam noſtram, Tuorumque erga me meritorum magnitudinem notam poſteritati facerem. Etiam crede mihi, *Sheldone*, Te habere amicum, virum

* Crymogææ *Arngrimi Jonæ* lib. I. cap. II.

ſtudio,

ſtudio, doctrinâ, moribuſque ſapientem, qui id ſolum, quod honeſtum, bonum judicas, gloriæ mihi duco. Te, inquam, habere amicum non poſſum non gloriari; quem aſſecutum eſſe, quantum homo poteſt, naturam optimam rectè vivendi ducem, quibuſcum in florentiſſimo illo Collegio per quadraginta annos conjunctior vixiſti, ad unum omnes fatentur. Te laudant, quoties de Te loquuntur, ut tranquille, purè, & honeſtè actæ vitæ perfectum exemplum. Te, qui veritatis, & juſtitiæ cultor es; qui non Tibi, ſed aliis vivis; qui ad gravitatem humanitatem, ad morum ſanctitatem comitatem & facilitatem ita adjunxiſti, ut omnibus percharus ſis; qui denique animo magno res humanas deſpiciens omnia Tua in Te poſita eſſe ducis, humanoſque caſus virtute inferiores putas; meliorem prudentioremve virum aut fuiſſe quenquam, aut eſſe, aut fore negant. Ego qui multorum annorum conſuetudine & familiaritate præclara hæc in Te eſſe cognovi, nequeo mihi temperare, quin ea quaſi pleniore ore jam de Te prædicem: etſi ea dicta eſſe, multoque magis in publicum ſcripta prodire, pro verecundiâ Tuâ Te gravius ferre & laturum eſſe certo ſcio. Sed ignoſcas, quæſo, quod hoc mihi aſſumpſerim, ut clam Te hæc ſcriberem, atque cum maximo Tuo rubore etiam publicarem. Condona mihi hanc unam injuriam, quæ quidem amoris, ſtudii, & benevolentiæ injuria eſt: imo cujus mihi auctrix eſt juſtitia ipſa, quæ jubet, ut ſuum cuique tribuatur. Unam hanc noxam igitur mihi virtutibus Tuis provocato remitte, & ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito, hoc eſt, mihi adimito omnem amorem Tuum, ſine quo vita mihi nequit eſſe dulcis. Reſtat porro, ut D. O. M. ſuppliciter rogem, ut Tibi det in leni, placidâ, & longæva ſenectute, bene, beateque vivere; & cum tandem excellens & humana contemnens animus Tuus è corpore exceſſerit, ut facilis illi pateat ad Cœlum aſcenſus. Sic pro Te quotidie precatur

Londini VIII Calend. Maias.
A. D. M DCC iii.

Tuus *GEORGIUS HICKESIUS.*

Index *Capp.* Grammaticæ *Iſlandicæ.*

Cap. I. *De Literis.*	Pag. 3.
Cap. II. *De Declinationibus Nominum Simplicium.*	p. 8.
Cap. III. *De Declinationibus Compoſitis.*	p. 26.
Cap. IV. *De Motione Nominum Adjectivorum.*	p. 28.
Cap. V. *De Heteroclitis*, ſeu *Anomalis*, item *Defectivis.*	p. 38.
Cap. VI. *De Genere, Specie, Figura, Numero & Caſu.*	p. 40.
Cap. VII. *De Pronomine.*	p. 44.
Cap. VIII. *De Verbo.*	p. 47.
Cap. IX. *De Participio.*	p. 67.
Cap. X. *De Adverbio.*	p. 68.
Cap. XI. *De Conjunctione.*	p. 70.
Cap. XII. *De Præpoſitione,*	p. 70.

GRAMMATICÆ ISLANDICÆ *RUDIMENTA.*

BENIGNO LECTORI SALUTEM.

UM ante biennium in ludo literario patriæ Borealis Linguarum Latinæ & Græcæ initiis, quæ Grammaticalia in Scholis dicuntur, juventutem patriam imbuerem, ibidemque pro juniorum captu, Scriptores Romanos, *Ciceronem, Terent. Virg. Horat.* alioſque vernacula lingua exponerem, verum eſſe deprehendi quod vulgò dici ſolet; *Nos docendo diſcere.* Etenim cum crebrò dictio Romana in noſtram, noſtraque viciſſim in Romanam vertenda eſſet, mox mira quædam linguæ maternæ ubertas & elegantia, antè mihi non obſervata, eluxit. Sumus enim plerunque eorum, quæ à natura ipsâ hauſimus, incurioſiores: nec cauſas rerum rationêſve ſcitamur, quæ ab ineunte ætate, unâ cum lacte materno nobiſcum quaſi coaluere. Habet enim maximæ evidentiæ inſtar inſitum naturæ dictamen. Hac verò occaſione cum tàm accuratas concinnaſque vocum inflexiones, tam elegantes conſtructionum modos, tam exquiſitos verborum delectus, tam miram ſententiarum varietatem, tam denique inſignem figurarum vim ac ſplendorem in lingua patria animadverterem, ut neutri illarum gravitate, neutri venuſtate cedere videretur; cœpi vehementiùs mirari, quî factum ſit, quod è tot præſtantibus ingenio & eruditione viris in hac lingua & natis & egregiè verſatis, nemo de eâ quicquam inſigne literis prodidiſſet: cum & vaſtiſſimum hujus materiæ copia ſufficiat oceanum, per quem judicii pariter ingeniique velis latiſſimè vehi potuiſſent, & nihil commendatius habere debuiſſent, quàm ut linguam patriam illuſtrandam ſuſciperent. At verò videre mihi videor tantis viris ab ingenio & arte paratis quid obſtiterit, quo minus & commodo patriæ hac in parte deſervierint & gloriæ. Nimirum prævidiſſe credo oleum operamque perditum iri. Paucos enim præſertim inter exteros fore, qui ejuſmodi lucubrationibus delectarentur; ac proinde famæ ſuæ nominiſque celebritati haud parum derogaturam Lectorum paucitatem. Mihi verò diligentiùs rem penſitanti, iſta excuſatio ad ne-

gandum ornandæ patriæ officium haudquaquam ſufficere videtur. Quanquam enim maximum fructum laborumque velut ſolatium ex eo capiant eruditi, quod ſua ſcripta à multis & legi & probari intelligant, pœniteatque induſtriæ, quoties diverſum evenerit; nihil tamen peræquè curandum exiſtimavi, ac ne noſtra culpa occidant, quibus æternitas debetur. Si qua alia, certè hæc noſtra lingua talis eſt, quæ ſua majeſtate meruit ab interitu vindicari. Nihil enim copioſius, nihil elegantius, nihil accuratius vidi. Quibus ego motus quod non ſolum in Hebræa, Græca, Latina dudum viri docti; ſed recens etiam in Germanica, Italica, Gallica, Anglica, &c. præſtiterunt, id in vernaculâ, licet impari ſucceſſu, tentavi. Voces magno & indigeſto numero in unum collectas ſigillatim examinavi. Quæ ſimilis erant inflexionis, ad unam declinationem retuli, anomalias exceptionibus reſervavi. Et quia quadruplicem inflexionum differentiam eſſe deprehendi, quatuor mihi natæ ſunt nominum declinationes. Erant tamen hæc adhuc omnia valdè imperfecta, rudia, inconcinna, ut ſolent præformari pictorum prima lineamenta. Verùm hoc inceptum variæ occupationes interruperunt, & in primis neceſſitas quædam mihi tum fortè injungebatur Academiam hanc regiam Hafnienſem, Athenas illas Danorum, reviſendi. Quæ res meum inſtitutum adeo perturbavit, ut omnes de eo cogitationes antè ſuſceptas animo abjicerem. Intereà loci non defuerunt magni nominis & auctoritatis viri, inter quos, quod honor & mirita eorum poſtulant, primo loco mihi nominandi ſunt Viri admodum reverendi, clariſſimi & excellentiſſimi, DN. D. *Olaus Wormius*, Facultatis Medicæ in alma Hafnienſium academia P. P. & DN. M. *Thomas Bangius* Sanctæ linguæ ibidem P. P. Viri in omni antiquitate verſatiſſimi, qui huic meo conatui album adjicebant calculum, monebantque ut in propoſito ſtrenuè progrederer, quodque ſtudioſo animo inchoaviſſem, conſtanti & magno abſolverem. Quid facerem? Avolarant priores conceptus, eoque minus ſui reliquerant, quo minores egerant in mente radices. Novum igitur & anteà non tentatum aggreſſurus videbar. Sed quia tantis viris tam honeſta jubentibus non parere ſummæ inhumanitatis & inertiæ videri poterat, ſuſcepi tandem hanc provinciam, & ad recolligenda, quæ antè in chartas diſſolutas ſparſim conjeceram, me applicui, adjectivorum motionibus, verborum conjugationibus auxi, reliquas etiam orationis partes ſtrictim perſecutus, ne quid etymologiæ ad ſui integritatem deeſſet. Quæ nunc omnia Tibi, lector candide, his pagellis exhibemus, illaborata quidem & impolita, utpote quibus ultimam limam adhibere feſtinatio non eſt paſſa; ſed (ut ſpero) talia, quæ alios longo hactenus otio indormientes excitare poterunt. Nec mihi metus eſt ne paucos aut fortè nullos habiturus ſim lectores. Nam hos forſitan aliquos, quanquam non materiæ, tamen novitatis gratia dabit. Nunc quid in hac editione obſervari à Te velim, lector humaniſſime, paucis accipe. Ac in primis quidem humanitatem tuam latere non debet, quod litera Alphabeti noſtri ultima, olim *thuſs* hodiè *thorn* appellata, in Typographia, qua in hoc opuſculo excudenda uſi ſumus, non extiterit, ideoque loco ejus *th* Danicum vel Germanicum uſurpare neceſſe habuerimus.

Deindè cave heîc expectes accuratam vocum Iſlandicarum interpretationem, quarum non exiguum numerum ideò paſſim inſeruimus, ut in promptu eſſent exempla, in quibus inflectendis & ad regulas applicandis linguæ noſtræ ſtudioſus ſe exerceret. Reperiuntur enim inter eas permultæ, quæ plurimas admittunt ſignificationes. Quarum unam aliquam, plerumque tamen propriam & primariam adduxiſſe ſatis putavi. Neque enim dictionarium ſcribere animus erat.

Ad extremum per candorem Tuum, mi lector, perque Chriſtianam, quam Tibi cordi eſſe nullus dubito, charitatem Te rogo, ſicubi in hoc proclaſmate à me peccatum eſſe deprehenderis, velis hoc non tàm incuriæ meæ quam imbecillitati humanæ imputare. Neque enim omnia ad hanc vel illam regulam ſpectantia primo intuitu circumſpicere potui, utpote nullis præviis veſtigiis adjutus, quorum ductu hæc avia & deſerta confragoſa eluctarer. Quô factum, ut δευτέραι φροντίδες ſæpè ea ſuggererent, quæ priori loco fuiſſent ponenda. Quod ſi quis ſe hiſce vilibus & imperfectis multo elaboratiora præſtare poſſe aut potuiſſe contenderit, ei non multùm refragabor, contentus, ſi his columbulis noſtris inter aquilas ſuas conceſſerit pennas. Bene vale, lector candide, & mihi in ſpem gratiæ Tuæ omnia honeſta aggredi parato, favere perge. *Hafniæ*, pridiè nonas decemb. An. 1651.

RUNOLPHUS JONAS *Iſlandus.*

CAPUT PRIMUM.

De Literis.

LITERAS lingua *Islandica* duplices habet: Veteres & Novas. Veteres *Runer* dictas fælici succeſſu ac immortali cum nominis ſui gloria ab interitu & oblivione jamdudum vindicavit Celeberrimus *Wormius*, opere, cui titulum fecit, LITERATURA RUNICA; "Quarum communiores, maximeque receptas figuras, *Latino* ordine diſpoſitas hic, lector, tibi exhibeo.

"Aar.	ᚨ.	A.	"Jis.	ᛁ.	I.	"Ridhr.	ᚱ vel ᛏ.	R.
"Biarkan.	ᛒ.	B.	"Kaun.	ᚴ.	K.	"Sol.	ᛋ.	S.
"Kneſol.	ᚴ.	C.	"Lagur.	ᛚ.	L.	"Tyr.	ᛏ vel ᚨ.	T.
"Duſs.	ᚦ vel ᛏ.	D.	"Madur.	ᛘ.	M.	"Ur.	ᚢ.	U.
"Stungen jis.	ᛇ.	E.	"Naud.	ᚾ.	N.	"Stungen ſie.	ᚠ.	V & W.
"Fie.	ᚠ.	F.	"Oys.	ᚬ.	O.	"	ᛝᚺ	X.
"Stungen kaun.	ᚠ.	G.	"Stungen Birk.	ᛒ.	P.	"Stungen ur.	ᚢ.	Y.
"Hagl.	ᚼ.	H.	"ᚠ. & ᚠᚢ.		Q.	"Stungen duſs.	ᚦ.	TH.

"Genuina tamen ſeries *Runarum* apud veteres *Septentrionales* hæc fuit.

"ᚠ. ᚢ. ᚦ. ᚬ. ᚱ. ᚠ. ᚼ. ᚴ. ᛁ. ᚨ. ᚺ. ᛏ. ᛒ. ᛚ. ᛘ. ᚬ.

"In hoc Alphabeto, elementum v, vii, xv, xxi, xxii, xxiii. Stungen, i. e. *punctata* vocantur, "quod punctis ab aliis ejudem formæ & ductûs diſtinguuntur. Et inter alia monumenta *Runica*, "quæ in communibus ejus *runis* exarata ſunt, haud multis poſtponendum eſt Saxum iſtud, quod "cum altero, temporis dentibus exeſo, ſtans ſpecioſum in Atrio *Muſæi Oxonienſis*, ut in libro "noſtro locum haberet, me fixis oculis perluſtrantem, per venerabilem ſuam antiquitatem, & "pro mea in almam matrem Academiam pietate, quaſi oravit, & obteſtatum eſt.

Fig: 1.



Fig: 2



"Fig. I.

"ᛋᚬᛋᚠᛅᚱ. ᛋᛏ. ᛅᚠᚢᛅ. ᚺᛏᛁᚴ. ᚢᚠᛏᛁ. ᛁᚢᚾᛒᛁᚱᚴ. ᚠᛅᚦ.

"Lithſmother lit akua ſtin aufti Julibirn Fath.

"*Lithſmotherus incidi fecit ſaxum in memoriam Julibirni Patris.*

"Fig. II.

"ᚦᛅᚱᚺᛏᛁᚴ.ᛋᛏ. ᚠᛁᚱᛅ.ᚠᛁᚱᚠᛁ.ᚠᛏᛁᚠ. ᚺᚢᚾᛁᚴ. ᚠᛅᚠᚢᚱ. ᚺᛁᚴ. ᚢᚠ. ᚠᛅᛁᚱ. ᚦᛅᚱᛁ. ᛒᚱᛅᚦᚱ. ᚺᛁᚴ.
"ᚺᛁᚱ. ᛝᚢᛅᚱᚢ. ᛝᚢᛏ. ᛏᛁᚾ. ᚠᚴ :: ᛁᚠᛅ. ᚢᚠ. ᛁᚠᛏᛁᛅ. ᛁᚴᚠᛁᚠᚢᚱᚢ. ᚠᛅᚠᚢᚱ. ᚺᛁᚴ. ᚢᛒᛁᚱ. ᚱᛁᚺᛏᛁ.

"Thorſtin lit gera merki ſtir Suin fathur ſin. uk ſtir Thori brothur ſin.
"Thir huaru hut til Grːika. ug iſtir Ingithuru mothur ſin. Ubir riſti.

"*Thorſtinus notas fieri fecit in memoriam Suini patris ſui. & in memoriam Thori fratris ſui.*
"*Iſti profecti ſunt in Græciam. & in memoriam Ingithuru matris ſuæ. Ubir incidit.*

"In his autem monumentis, ut & in id genus fere omnibus, inſcriptionum *runæ* in *nodis*, ſive "*gyris nodorum* inſculptæ leguntur, propterea quod apud veteres Septentrionales gentes *nodus* "amoris, fidei, amicitiæ ſymbolum fuiſſe videtur, ut quod inſolubilem pietatis & affectus nexum "ſignificavit. Hinc apud Boreales *Anglos*, *Scotos*que, qui *Danorum* veterum tum ſermonem, "tum mores magna ex parte adhuc retinent, *nodus* in gyros curioſe ductus, fidei & promiſſio- "nis, quam *Amaſius* & *Amaſia* dare ſolent invicem, ſymbolum ſervatur, quodque ideo vocant "**a trulofveknot**, à veteri *Danico* **tru**, *fides*, & **at** **lofa**, *promittere*, unde compoſitum **at tru-** "**lofa**, *fidem dare*, **trulofa**, *fidem do*; ut in evang. *Iſland.* **til einrar meyar er trulofad var einum** "**manne**, *ad virginem*, *cujus fides data erat*, vel *deſponſata erat viro*. Hinc etiam apud *Anglos* "*Scotosque* conſuetudo reportandi capitalia donata curioſe in gyros nodoſque torta à ſolennibus "nuptiis plane quaſi ſymbola inſolubilis fidei, & affectus, quæ ſponſum inter & ſponſam eſſe "debent. Quinimo ſodalitia hominum, qui mutua fide arctè vinciuntur, ſive probi ii, ſive "ſceleſti ſint, apud nos vocantur **knots**: ut, **a knot of fellows, a knot of thieves**, &c. "Et ita ſociati, & fide vincti dicuntur *Anglice* **to be in a knot.** Notandum quoque eſt *no-* "*dos*, qui ad denotandum inſolubile fidei & affectus vinculum, in monumentis *runicis* incidi ſo- "lent, ſæpiſſime *anguiformes* eſſe, quod ex omnibus ſerpentum duntaxat genus in *nodos*, & gy- "ros ſe torquere ſolet; & quum *nodus* anguiformis cernitur, tum caput lecturo primum inter "gyros exquirendum, utpote à quo *runarum* deſcriptio inchoanda eſt. Quum igitur apud ve- "teres *Danos* & *Norvegos*, *nodus*, aut in *nodum* gyratus anguis inſolubilis fidei & amoris ſymbo- "lum eſſet, non mirandum eſt regum ſui temporis maximum, qui *Angliam*, *Daniam*, & *Nor-* "*vegiam* in ſua poteſtate tenuit, ſe NODUM vocaſſe; id enim CNUTUS, *Danice* **knutur**, ſi- "gnificat. Ob eandem forſan rationem, apud iſtas gentes olim tot ſibi **Ormi**, vel **Orms**, in nom. "**ormur**, quod *ſerpentem* denotat, nomen ſibi aſcivere, quod in cognomen celeberrimæ apud "*Danos Wormiorum* gentis jamdudum tranſiit.

"Quum vero Alphabeta alia haud in exiguo numero extent, quorum *runæ*, cum ſuperioris "Alphabeti elementis ejuſdem nominis & valoris, aut fere univerſæ, aut earum magna pars, "aut ſaltem nonnullæ ſecus ductæ formatæque ſunt, ea quoque in trinam claſſem diſtributa hic "quoque exhibenda tui gratia, lector, cenſemus.

"Prima claſſis eorum eſt, quæ *runas* habent è vetuſtis monumentis Saxeis & membranis de- "ſcriptas, quorum illa tabellis XVI inſculpta hic ſe oſtentant in Fig. I. II. III. IV. V. VI. VII. "VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

"Secunda claſſis eſt eorum, quæ numero novem, auctoribus privatis quibuſdam doctiſſimis "viris, in publicum prodiere, & hæc totidem tabellis exhibentur. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι.

"Tertia claſſis eorum eſt, quæ *Nuda Alphabeta* voco, ut quæ in MSS, maxime in *Saxonicis* "noſtris ſolitaria abſque omni ſcriptura reperiuntur. Horum autem duodecim tabellæ ſunt, "nempe 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Tabella (5) tria continet, quæ extant ad calcem "codicis MS. *Hrabani Mauri*, de computo ad dilectum fratrem *Macharium*, qui in manu Saxo- "nica exaratur. Hujus codicis uſum acceptum gratus refero reverendo doctiſſimoque viro na- "talibus, ingenio, & humanitate præclaro, *Ricardo Anneſly* digniſſimo Decano, & reverendis "fratribus Canonicis *Eccleſiæ Cathedr. Exonienſis*, & *Leofrici* fundatoris maximis ornamentis, "qui pro ſuo in antiquas literas amore, ex archivis eccleſiæ veterum membranorum quicquid "ibi *Saxonice* ſcriptum eſſet, in uſum noſtrum, rogati faciles miſerunt.

"Præterea cùm *runarum*, quæ in hâc triplici Alphabetorum claſſe ordinantur, magno in nu- "mero, magnaque etiam in diverſitate habeantur, Tabulam MM. adjiciendam duxi, in quâ "univerſa earum varietas collecta, *runarum* ſtudioſis ob oculos ponitur.

"Adhæc, cùm ex ſimplicibus *runis* compoſitæ ortæ ſint, quas, quia ex ſimplicibus contexun- "tur **veſiur** vocant, à verbo **veff**, *texo*; ideo præcipuos diverſas *runas* componendi modos, qui- "bus vel vocalis vocali, vel conſonans vocali, vel conſonans conſonanti jugari ſolet, in tab. NN. "exhibendos curavimus, cui etiam inſcriptionem Runicam baptiſterii *Bridekirkenſis*, in com. "*Cumb.* à Cl. *Nicolſono* emendatam ſubjunxi, propter jugationes *runarum*, quæ in ea cernuntur.

"Quinimo cum ejuſdem *runæ* diverſus adeo nonnunquam valor ſit, ut literarum plurium *La-* "*tinarum* poteſtates obtineat, mei quoque exhibere duxi famoſiores *runas* πολυσήμους, quas habes "in tabella PP.

"Porro ne quid ad inſtituendum tyronem *runarum* ſtudioſum, *Runolphi* noſtri Grammaticæ "deeſſet, in Tab. T. diphthongos, duplices, & ſyllabarum ac vocum quarundam notas plane "ut neceſſarias Alphabetorum appendiculas adjungere viſum eſt.

"Aliquid etiam ad origines *Runarum* dilucidandas ut adderem, ſi non tua expectatio, lector, "certe inſtituti noſtri ratio flagitare videtur. Quapropter *runicorum* ſtemmatum tabulam (Z) "delineatam volui, in qua ſingulas *Runarum* tribus claſſeſve, ſub *Latinis Græcis*que literis, tan- "quam ſub ſuis quaſque principibus, in ordinem redactas te cernere forſan delectabit. In qui- "bus quidem claſſibus, *Runæ*, quæ primum vel ſummum locum habent, à literis *Latinis Græ-* "*cis*ve, ductus & lineaturas mutando, ſcilicet rectos in obliquos, circulos in angulos vertendo, "ut & lineolas demendo, addendove, aliquando etiam diſtorquendo & invertendo, ortum pro- "ximè ducunt. Quæ in ſecundo loco, vel ordine ponuntur, ab iis, quæ in primo ſtant, iiſdem "modis, præſertim mutando ſitus literarum, earumque facies, quæ dextram ſpectant vertendo

"in

TABELLA I.

Alphabetum Runicum, ex muro Viburgico. I.

A. B. C. D. E. F. G. I. K. L. M. N. O. R. S. T.



Alphabetum Runicum, ex monumentis Scanicis. II.

A. B. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V.



Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Bergens.ᵇ III.

A. B. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. R. S. T. V.



Alphabetum Runicum, ex monumento Ripensi. IV.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V.



Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Asloensibᵘ. V.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y.



Alphabetum Runicum, ex inscriptione Islandica. VI.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V.



Alphabetum Runicum, ex lapide Fionico. VII.

A. B. D. E. F. H. I. K. L. O. R. T. V.



Alphabetum Runicum è Saxis Alburgensibus. VIII.

A. E. F. G. I. K. M. N. O. R. S. T. Y.



Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Arhusiensibᵘ. IX.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. O. R. S. T. V. Y.



Alphabetum Runicum, ex inscriptionibus Nidrosiens.ᵇ X.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. R. S. T. V. Y.



Litteræ quædam Runicæ, ex inscription. Stavangriensibᵘ. XI.

A. D. E. F. G. I. L. N. O. R. S. T. V.



Alphabetum Runicum, ex incriptionibus Gothlandic. XII.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y.



Alphabetum Runicum, ex Norvegia. XIII.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.



Alphabetum Runicum ex antiquis monum. Islandᵒ. XIV.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.



A. Alphabetum ex ms. Calendario Runico desumptum. v. Worm. de Lit. Run. p. 53.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X.



B. Alphabetum Runicum, ex Legibus Scaniæ MS.

A. B. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y. Z.



α. Alphabetum Runicum Angrimi Jonæ.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Y. Z. *oi.*



β. Alphabeta bina, per Bonaventuram Vulcanium edita.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. *&c.*



γ. Alphabeta bina, per Christianum Johannis, Wormio transmissa.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.



δ. Alphabetum Runicum Haraldi Huitfeldij. Worm. Lit. Run. p. 99.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. *ß.*



ε. Alphabeti Runici pars, ex Wulfgango Lazio.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. æ.



ζ. Alphabetum Runicum Petri Lindebergij.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. *ei.*



η. Alphabetum Runicum, quo utebatur Nicolaus Petri.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.



Θ. Alphabetum Ulfilæ secundùm Theodorum de Bry.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. *ää.*



1. *Alphabeta 4. ex Johanne Hepburno, scil. 1. Gothicum. 2. Geticum. 3. Scythicum. 4. Massageticum.*

	A.	B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.	K.	L.	M.	N.	O.	P.	Q.	R.	S.	T.	V.	X.	Y.	Z.
1.	ᚨ.	ᛒ.	ᚳ.	ᛏ.	ᚷ.	ᚹ.	ᚠ.	ᚺ.	ᛁ.	ᚠ.	ᛋ.	ᛘ.	ᚾ.	ᚴ.	ᛈ.	ᛒ.	ᚱ.	ᛋ.	ᛏ.	ᚢ.	ᛟ.	ᛜ.	ᛉ.
2.	ᚨ.	B.	Γ.	ᛞ.	ᛂ.	ᚠ.	ᚷ.	H.	ᛋᛁ.	K.	ᚨ.	M.	N.	ᛇ.	Π.	O.	ᚴ.	S.	T.	ᚢᛖ.	X.	ᚤ.	Z.
3.	ᚨ.	B.	ᚳ.	ᚦ.	ᛏ.	ᚠ.	ᚠ.	ᚺ.	I.	ᛉ.	ᚾ.	ᛘ.	ᚳ.	ᚴ.	ᚨ.	B.	ᛋ.	ᚾ.	ᛋ.	ᚢ.	ᚠ.		
4.	ᛏ.	B.	ᛇ.	ᚦ.	ᛏ.	ᚠ.	ᚠ.	ᚺ.	I.	ᚠ.	ᚾ.	ᚠ.	ᚾ.	ᚴ.	ᚦ.	ᛏ.	B.	ᚱ.	ᛋ.	ᛏ.	ᚢ.	ᚴ.	

MBurg. sculpt. Uni. Ox.

TABELLA II.

Gram. Island. p. 4.

1 Alphabetum Anglicum, è Cod. MS. (Bibl. Bodleianæ) qui nuncupatur Ormulum, Jun. 1.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

henc. he. ho. hethe. has. be. che. and.

2 Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Cottoniano Domitian. A. 9.

A B C D E. F G. H. I K L. M N O P Q R T Đ V. W X Y Z.

eo. oe. æ. io. gæ. ing. ear. z. ſeſt. et. g: calc.

3 Alphabeta 3 quæ habentur ad calcem libri Hrabani Mauri de Computo, in antiquo Cod. MS. Exoniensis Ecclesiæ.

A B C D E. F G H I K L. M N O P Q R. S T V X. Y. Z.

PAX VOBISCVM ET SALVS PAX. supersunt istæ.

9 Alphabetum Runicum, è Cod MS. Coll. D. J. Baptistæ. Oxon. C. 27.

A. B C D D E. G. G G H I K L M N P Q. S. T.

W. X. Y. IV. OE. EA. OE. INC. SVNT. VVLT. ET.

10 Alphabetum Runicum è Cod. MS. Bibliothecæ Coll. D. J. Baptistæ. Oxon. C. 27.

A B. C D. E F G H. I K L M N O P Q.

R S. T Đ V X Y. Z. oe. ear. ing.

11 Alphabetum Normannorum secundum Bedam, ex Wormio. p. 49.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Jugationes Runarum Magis Communes ex Olai Worm. Lit. Run. p. 120.

	ᚠ	ᚢ	ᚦ	ᚨ	ᚱ	ᚲ	ᚷ	ᚹ	ᚺ	ᚾ	ᛁ	ᛃ	ᛇ	ᛈ
ᚠ					ᛈ									ᛇ
ᚢ					ᚱ			ᚳ		ᚢ				
ᚨ	ᚾ		ᛇ		ᛇ		ᚾ	ᛇ					ᛈ	
ᚱ		ᚳ			ᚱ			ᚳ						ᛇ
ᚲ		ᚷ		ᚾ										
ᚨ	ᚾ	ᚷ	ᛇ		ᚱ			ᚳ	ᚺ		ᚨ	ᛒ	ᚨ	ᛉ	ᚾ
ᚨ		ᚢ		ᛏ	ᚱ									ᛏ
ᛉ		ᛉ		ᛉ				ᛉ						ᛉ
ᚦ	ᚦ	ᚷ	ᚨ	ᚨ	ᚱ	ᚠ	ᚾ	ᚳ			ᚨ	ᛒ	ᚨ	ᛉ	

N N.

Runæ πολύσημοι.

ᚨ. a. o.
ᚪ. a. e.
ᚫ. a. e. o.
ᚬ. a. n.
ᚭ. c. m.
ᚮ. c. z.
ᚯ. a. k.
ᚰ. c. n. s. t. be.
ᚱ. c. g. k. q.
ᚲ. c. s.
ᚳ. c. g. k. q.
ᚴ. c. n.
ᚵ. c. p.
ᚶ. c. v.

ᚠ. d. e.
ᚡ. d. m. dd.
ᚢ. d. m.
ᚣ. e. i. et.
ᚤ. c. æ.
ᚥ. e. i.
ᚦ. e. g. m. x. gæ.
ᚧ. e. g. gg. gæ.
ᚨ. e. m.
ᚩ. e. g. h.
ᚪ. e. æ. e.
ᚫ. e. s.
ᚬ. e. m.
ᚭ. g. h. k. y. æ. io.

ᚮ. g. h. io.
ᚯ. g. che.
ᚰ. i. k. m. x. y.
ᚱ. i. t.
ᚲ. k. q. s. l.
ᚳ. k. z.
ᚴ. m. x. iv. ing.
ᚵ. l. n. oi. q.
ᚶ. n. o.
ᚷ. n. ho.
ᚸ. o. x.
ᚹ. h. he.
ᚺ. o. oe.
ᚻ. k. p.

ᚼ. q. r. y. z. o.
ᚽ. q. ear. x
ᚾ. s. c.
ᚿ. l. s.
ᛀ. s. z.
ᛁ. t. z.
ᛂ. v. y.
ᛃ. z. ſt. se. svnt.
ᛄ. ea. ear.
ᛅ. d. p.
ᛆ. d. z. th.

2 Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Bibliothecæ Cottonianæ, Otho. B. 10.

A B C D E. F G. H. I L M N O P Q R. S T. Đ V. W. Y. Z.

eo. oe. ae. io gæ. ing. ear. z.

4 Alphabeta Runica duo, è Bibliotheca Gottorpiensi.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S. T V X Y. Z.

A B C D E. F G. H. I. L. M. N. R. S. T. Đ V.

7 Alphabetum Runicum è Cod. MS. Coll. D. J. B. apud Oxon. C. 27.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O. P. R. S. T. Đ. V. W. Y. &.

8 Alphabetum Runicum, è Cod. MS. Coll. D. J. Bapt. Oxon. N.° 27.
NB. in Cod. litterarum pote ſtate desiderantur.

A. B. C D E. F G. H. K L. M N O Q R. S. T V X.

Y. Z. æ. oe. th. w. ing. (et.) (et.)

10 Alphabetum Runicum è Cod. MS. Coll. D. J. Bapt. apud Oxon. N. C. 27.

A. B C. D. E. F G. H. I K. L. M N O P. Q.

R. S. T. Đ. V. X. Y. Z. oe. ear. ing.

MM. Litterarum Runicarum varietas universa collecta.

Inscriptio Baptisterii Bridekirkensis.

Er Ekard han men egrocten, and to dis men red wer Taner men brogten.
Hic Ekardus erat Converſus, et ad hujus hominis exemplum erant Dani adducti.

M Burg. ſculpt. Univ. Oxon.

TABELLA, III.

Gram. Island. p. 4.

I. Diphthongi.

æ
aıı
ea
eı
eo
eu
œ
oı

II. Duplices literæ.

ıı
ıo
DD
GG
TH
W

III. Syllabarum et vocum quía rundam Notæ.

he
henc
hethe
ho
ego
ecce
ıhc̄

ſunt
vult
calc

Litterarum Runicarum deductio ex litteris Latinis & Græcis.

Z

A

B

pron. ut V

pron. ut P

C

pron. ut G. pron. ut H. pron. ut K. pron. ut S. pron. ut T.

Gothic. D dd aut dh. Dut T.

E

F

Goth. Gut. K. G Gh.

H

I

I Jgem. J pro E. J pro V.

J pro. Y.

O

pro A.

Π sive P.

K

L sive Λ Gr.

M

N

dupl.

utH O utK Q q

Ku, aut qu

pro C S pro ts

V

FF sive V

pro V

X

hs

pro s

R

T

Z

y

ds ts

Alphabetum Runicum è Cod MS, unà cum nominibus literarum.

e Cod. Cottoniano, Otho C. 5. p. 41.

MBurg. sculp.

TABELLA, IIII.

MONVMENTVM RVNICVM.

Gram. Island. p. 4.



SPECIMEN

è Cod. MS. EXONIENSI.

C.

Dōmn hpæt cymeð engla

preoðu þeriendlicu tacna þæt hælende mon onbocum bibead

lchaþ briozan ceol zeþeon þ:en þpace þaþ þe ic þod talze þaþ

monig beod ongemet læsdaþ þonne onþ:ne tiþ oþman þōn

·h· cpacað· zehyhtað cyninz mæðlan·noðþa þi:htend·þne

can nebe porro þam þe hine ch inpopulde pacehýhtoon þih

dan · A · N · ý þaþ mæhtan þpoþte þindan þaþ ceol

þopht monig onþā ponz fæde þhuz bidan hipæt hine ch

ch dædum oþman pille þna þia þtan bibbe · þ · ðæch

anþan þpæcpa · n · þaþ lonze · r · þloðum bilocen hiþ

pynna dæl · f · onfoldan þōn þpæcpe ðculon byrnan on

bæle

&c.

MBurg. sculp.

TABELLA V.

Gram. Island. p. 4.

SPECIMEN è Cod. MS. EXONIENSI.

D.

þon mege dælad deopaſt ealra
ribbe torlitad rin hiprin tu micle mod lufan munceal orlice
rapul onridfæt nat ic rælfa hpioh eapoh uncyd þu orfceal
ic þi rrum recan ofgyme dæge pyhtum gongan tu dæ dum
gemon hpeopfed ·h·m·ȝ·t· cyning bid mese rigora rælland
þon pinnum rah ·M·þ·ll· acle bidad hpæt him æfter dæ
dum delman pille lifes tolæte ·d·þ· beorad rewiad rorȝ
clufȝ rar tal gimon pinna punde heic rib ofre dæ gepoh
te hypoſulde þic popiȝ rceal tæſtum machan &c.

E.

Ic ræh ·ᚹᚱᚠᚾ· hyge ploncne hæfod beorhtne ſpiſ
ne orſeh rælpong ſpiſe ſnagan hafde himon hyrcge
hilde hyr he ·t ᚠᚾ· nagled nerad ᚠᚷᛖᚹ rid lafe re
rede pyrne ſeolong on ſtade ſtorne ·h ᚾᚠ ᚾ ᚾᚾ· ſorſæt
hy beorhtoſte ſpylcra rib fæt raga hpæt ic hatte: 7 &c.

F.

Ic eom pundes licu pilt pudres mine fæpne hpilum
beornes ſpalunde ·hpilū blacne ſpa gat. hpilum gnæde ſpa
gor· hpilū gielle ſpa haroc· hpilū ic on hyngc bone harpan
ſtan gid ſnyrað hleoþor· hpilum gliwan ſceotde mube
gleadne. hpilum mæþ ſong þeric glado ſitte ·x· mec
num nad ſſylcæ·ᚨ·7·ᚱ·ᚠ· fullæſtæd·ᚾ·7·i· nu ic hafde eom &c.

FF.

Ic pilt geræh onfeng ſcuran ſcop þær ſpraclice pundrum
gegiſped hafde ſcephte· fet undes ſombe ſeldcupe
monn·h·þ·ᚷᚷ· puf· ᚹ·x·l· hæfde hofs: ᛩxs· upon onhyre
ge hafde tuſiſnu ſpelc eagan ſpiſ hæfde ru raga hpæt hio
þæne ſcorfloð pegar nefde ſ naſigul ana· ac þær þær æg
hpylc æmta ge licne hofyſt ſmonnſ hundes ſfuglſ
ſeac piſſ plite þupaſt gifru conſt togædre gumne ſ pe
rodpitan hu þæne pilte pife gonge: 7 &c.

Tranſcrip. MBurg. ſculpt. Univ. Oxon.

TABELLA, VI.

Gram. Island. p. 4.

G.

H.

Inscriptio Runica è Cottonianae bibliothecae cód. MS. qui inscribitur **CALIGVLA · A. 15,** *& quidem fol. 122 & 123, descripta.*

Inscriptio Latinè litteris Runicis, ex ejusdem bibliothecae Cod. MS. **GALBA. A. 2.**

Ego dixi domine converte re ocli domine confiteantur sacerdotes, domine salvum fac regem, salvum

fac populum tuum dñe.

Alphabetum Runicum, ibidem.

Alphabeta Runica ex eodem Codice MS. GALBA · A · 2.

Alphab. Run. ex MS. GALBA A 3.

Sutton Nicholls sculp.

"in dextram, pariter quæ ſurſum ponuntur deorſum vertendo, & quæ deorſum, ſurſum, ut & "apertos ductus claudendo, clauſos aperiendo, lineaſque parallelas decuſſando, aliquando etiam "duplicando literam vel dimidiando, & dein dimidiatæ quid addendo, formatæ ſunt. Iiſdem "quoque modis, artibuſve ſcriptorum ſculptorumque, quæ tertio loco, ſeu ordine cernuntur, "ab iis, quæ in ſecundo delineantur ortum ſuum duxerunt, ut attentus lector facile dignoſcet.

"Denique infra poſui in quatuor tabellis. +. ‡. ✠. †. æri inſculptum nobiliſſimum monumen- "tum *Runicum*, quod à ſe *Ruthwelli*, vulgo *Revelli* apud Scotos, deſcriptum ad me miſit in "Septentrionali literatura, præſertim in *Runica*, ſingulariter eruditus, Reverendus *Wilhelmus Ni-* "*colſonus*, Archidiaconus *Carleolenſis*; qui, ut inter *Runica* noſtra prodiret rogatus, humaniſſime "conſentiit, in libro, *Northymbria vetus* inſcribendo, quem literato orbi daturus eſt, idem per- "fectius cum verſione & notis editurus. Id vero, ut hic publicandum rogarem, duo quidem "moverunt: primum, quod *Chriſtianum* monumentum cum ſit, ad ea debet accedere, quæ "*runas* apud Septentrionales gentes, poſt receptam ab iis Chriſtianam religionem, in uſu aliquan- "diu fuiſſe oſtendunt; dein quod præter *Communiores* primi Alphabeti *runas*, in quibus integrum "exaratur monumentum ſupra deſcriptum, haud exiguus numerus *runarum minus communium*, "quæ ſecus ac *magis communes* delineantur, in eo reperiuntur. Quæ in oblongo ſaxi ambitu, "tabb. ‡. †. Latinè ſcripta cernuntur, quod facile legi poſſunt, nec interpretem requirunt, nec "monitionem, niſi quod in tabb. ‡ quod SELVSI ſcriptum videtur, debet legi SECVS. In "legendis vero tabb. + & ✠ omnis eſt ſita difficultas, non quod ipſæ *Runæ* ſunt adeo ignotæ, "aut incertæ, ſed quod modus ſcribendi, & conſequenter legendi ordo involuta & incerta ſunt. "Doctiſſimus *Nicolſonus* Lectiones quidem ſuas non nobis invidus negavit, ſed pro modeſtia ſua "ante publicari noluit, quam cum exteris *runarum* peritiſſimis eas communicaſſet. Quamobrem "cum monumento à ſe deſcripto lectiones, verſionem, & notas ſuas ad magnos viros *Perinski-* "*oldum* Suecum, & *Windingum* Danum miſit, ut iis, quicquid de ſuo ſinguli poſſunt, cum illo "communicantibus, perfectiſſimum tandem, & rep. literaria digniſſimum prodeat monumentum, "non ſuas tantum *runas*, ſed earum deſcriptorem interpretemque æternitati conſecraturum.

"Monumentum *Ruthwellenſe* merito ſequuntur rhythmi quidam *Saxonicè* ſcripti in tabellis "C. D. E. F. FF. G. H. quos delineandos curavi è MS. quodam Carminum miſcellaneo, cujus "copiam mihi fecerunt, qui mihi cum honore ſemper nominandi ſunt, Decanus, & Canonici Ec- "cleſiæ *Exonienſis*; & ut inter *Runica* noſtra locum obtinerent fecere quidem quum literæ, tum "voces verè *runicæ*, hoc eſt [1] *myſticæ*, & occultæ, quas iis interſcriptas lectori *runarum* ſtudio- "ſo tam gratas fore arbitror, quam quod gratiſſimum.

"In Tab. C deſcribitur concluſio ſeculi, & adventus Chriſti ad judicium. Tab. D continet "perſonæ pœnitentiam agentis ſoliloquium de ſeparatione animæ & corporis. Tab. E quan- "dam, ſive rem, ſive perſonam, quaſi quid monſtri volantis, ænigmatice deſcribit. Tab. F "etiam rem aliquam, ſive perſonam tanquam monſtrum deſcribit, cujus nomen in *runis* ænigma- "ticè ponitur. Tab. FF quid, ut monſtrum multipes, quod ſex oculos, duodecim pedes, & "duas alas habens, partim homo, partim equus, partim canis, & partim volucris erat, ænigma- "tice deſcribit. Tab. G rem aliquam vel perſonam viſam myſticè deſcribit. Tab. H perſo- "nam celeri greſſu feſtinare viſam, fœminamque ſolitarie ſedentem deſcribit.

"Qui vero hæc omnia præſertim tot à ſe viſa adeo myſticè deſcribit, dramatis perſona eſt, "quæ de ſe etiam multa ænigmaticè dicit: ut, Mec ȝeſette ꝓoð ꝛiȝoꝑa paldenð Lꝓiꝛt to "compe ..... Ic þuꝑh muð ꝛꝑꝑæce monȝum ꝓeoꝑðum ꝑꝑencum ꝛinȝe ..... hꝑæȝl iꝛ min "haꝛo �abȝ hẏꝑꝛte beoꝑhte ꝓeaðe. ȝ ꝛciꝑe on ꝓeaꝼe. ic ðẏꝛȝe ðpelle ȝ ðole hꝑette. unꝑæð "ꝛiþaꝛ oþꝑum ꝛtẏꝑe ..... halꝛ iꝛ min hꝑiꝛ ȝ heaꝼoð ꝼealo ꝛiðan ꝛꝑa ꝛome ꝛꝑiꝼꝛ ic eom "onꝼeþe beaðo pæpen beꝑe me on bæce ꝛtanðaþ heꝑe ꝛꝑẏlce ꝛꝑe on leoꝑum hliꝼiaþ tu eaꝑan "oꝼeꝑ eaȝum oꝑðum ic ꝛteppe in ȝꝑenne ȝꝑæꝛ me bið ȝẏꝑn ꝑitoð ȝiꝼ mec onhælean on- "ꝼindeþ. pælȝꝑim piȝa ðæꝑ ic ꝑic buȝe blod mið beaꝑnum ..... ic eom mundboꝑa minꝑe "heoꝑðe eodoꝑ ꝑiꝑum ꝼæꝛꝛt..... ic eom peoꝑþ peꝑum ꝑiðe ꝼunden bꝑunȝen oꝼ beaꝑnum ȝ oꝼ "buꝑȝhleoþum oꝼ ðenum ȝ oꝼ ðunum ðæȝeꝛ mec pæȝun ꝼeþꝑe on liꝼꝛte ꝼeꝑedon mið liꝑte "undeꝑ hꝑoꝼeꝛ hleo hæleð mec ꝛiððon baþeðan in bẏðenne. *Me ad bellum, & certamina* "*ordinavit Chriſtus verè invicti ſſimus dominus. Ego eloquens multis linguis loquor, multis modis* "*pſallo. Veſtimentum meum eſt raucum, variegatum, ſplendidum, rubrum; & clare veſtibus* "*ſtultos, deſipientes, & tardi ingenii homines acuo, in ſtultitiæ ſemitis alios corrigo. Collum meum* "*eſt candidum; & capita multa ampla habeo eáque decora; alacer, & celer ſum, arma fero,* "*quæ mihi à tergo ſunt. Mihi etiam in genis eminent duæ aures. Per medios mucrones in vi-* "*reta gradior. Valde mihi gratum eſt cùm quis crudelis tyrannus ſuo cum cruento ſatellitio me, ubi* "*domum poſui, invenit. Ego gregi meo ſum patronus, ſepes myrtis contexta. Ego dignis viris* "*longe latéque inventa ſum, proficiſcor ex nemoribus, ex urbibus, ex vallibus, ex montibus; alæ* "*diei me in æthera ſublimem tollunt, méque in tecta ſua lubenter ferunt homines quam primum* "*in dolio* [i. e. baptiſterio] *lavantur.* Ex quibus conſtat perſonam, quæ in hoc dramate *Saxo-* "*nico* loquitur, eſſe *Eccleſiam*; nam alii quæ ſupra vertuntur me judice, convenire non poſſunt.

---

[1] Vide *H Spelmanni* literas de origine vocis run, in pl. runer. *Olai Wormii* literaturæ *Runicæ* c. 1.

Jam de novis quæ cum tota ferè Europa *Iſlandis* communes ſunt: multorum tamen ſeculorum decurſu ab iiſdem uſurpatæ; adeò ut non ſatis conſtet, quandò earum uſus primùm invaluerit. Numerantur autem XXII. a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, r, ſ, t, u, x, y, z, Þ.

Ex his XVII ſunt conſonantes, b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, r, ſ, t, x, z, Þ. Quarum enunciatio *Iſlandis* eadem eſt, quæ cæteris Europæ populis: excepta ultima Þ, quam ex *Runico* Alphabeto in hodiernum tranſtulerunt. Hæc enim duplicem habet ſonum. Nam in fine dictionis poſita, vel poſt vocalem in eadem ſyllaba, valet d; ex. gr. naaþ, naad, *gratia*: maþur, madur, *homo*. In initio autem dictionum collocata valere videtur Hebræorum *Thau*. Sonat enim non prorſus *Th*, ſed quiddam craſſius cum ſibilo quodam quaſi *Tsh*. Quæ pronunciandi ratio *Britannis* & *Gallis* hodieque non infrequens eſt. Nomen olim habuit Þuß / nunc þorn appellatur, "& ſæpiſſime in *Snorronis Sturlonidis* R R. Septentrionalium hiſtoriâ, quæ heims-kringla inſcri- "bitur, pro d ſcribitur, ut in eÞur, *ſive*; kalloÞo, *appellarunt*; aſgarÞ, pro aſgard, *nomen urbis*; "kallaÞur, *vocatus*; raÞa, *regere*; truÞo, *credebant*; OÞinn, *Odinus*; gerÞo, *fecerunt*.

De litera ſeu potius aſpiratione h notandum, quod eo nuſquam niſi in dictionum initiis *Iſlandi* utantur: niſi vox ſit compoſita, ut upphaf, *principium*, vel *initium*. Inveniuntur quidem in quibuſdam manuſcriptis *Norvegicis* conſonæ in medio vocum aſpiratæ. Ex. gr. in L. Parent. Þath er upphaf lagha varrha / id eſt, *hoc eſt initium legum noſtrarum*. Verum hanc ſcribendi rationem corruptius ſeculum introduxiſſe videtur. Cujuſmodi citato L. plura leguntur à puriore antiquitate aliena. Veteres, more Græcorum, tantum vocales aſpirârunt, ut haugur, *tumulus*, hugur, *animus*, &c. Moderni autem prætereà conſonis l, n, r, præponunt h, ut, hlaatur, *riſus*; hnottur, *globus*; hroſun, *commendatio*. Sic lutur, *res*; rutur, *aries*, item proprium Viri, veteribus abſque aſpiratione pingebantur: at modernis cum aſpiratione, hlutur & hrutur. Quarta conſonans apud *Iſlandos* biformis eſt, f, v. Poſterior figura ubique in antiquiſſimis codicibus obvia eſt: prior novitatem ſapit. Variant etiam, in pingendo, aliarum formas; ſed more, ut exiſtimo, ab exteris deſumpto.

Duplas x & z aliundè in *Literaturam Iſlandorum* irrepſiſſe exiſtimo: Earum enim poteſtatem diſtinctis literis gs & ß, fuiſſe expreſſam notatamque ex vetuſtiſſimis noſtratium manuſcriptis colligere licet.

Vocales ſunt quinque: a, e, i, o, u.

Ex his, e, ſimplicem unicúmque habet ſonum, qualem e *Germanorum*, *Danorumque*. A, i, u, duplicem; longum & brevem. A longum prorſus ac Latinorum dypthongus au effertur, ut haad, *irriſio*. Breve ut *Latinorum* vel etiam *Danorum* & *Germanorum* a, ut matur, *cibus*. Sic i longum eſt in voce frydur, *elegans*: Breve in fridur, *pax*. O longo conſtat vox fue, *putredo*: Brevi hlutur, *res* vel *portio*, & hoc mixtum quendam ex u communi & y ſonum obtinet. O triplex eſt: longum, breve, & breviſſimum. O longum in vocula goodur, *bonus*, legendum: Breve in forn, *vetuſtus*: Breviſſimum medio quodam tenore inter a & u enunciandum, ut Ond, *anima*.

Quamvis autem in pingendo, nullum inter vocalem longam & brevem diſcrimen vulgò faciant, cùm natura & conſtructio vocum ſuopte ingenio id ſuppeditet; nos tamen, vitandæ confuſionis ergo, in tradendis Linguæ *Iſlandicæ* rudimentis, longam à brevi geminata vocali diſtinguemus, hoc modo: aa, ä, oo, uu, longas denotabunt: a, i, o, u, breves. Verum o breviſſimum virgula tranſverſa (o) à reliquis ſecernet. Obiter heîc notandum, quod vocales longæ nunquam in fine vocum ponantur, niſi voces ſint monoſyllabæ, aut ex monoſyllabis compoſitæ. "Notandum etiam u breve in o breve ſæpiſſime mutari, ut in kolloÞo pro kolludu; logÞo pro "logdu; gerÞo pro gerÞu, vel gerdu.

Ex vocalibus inter ſe junctis fiunt Dyphthongi.

Dyphthongos *Iſlandi* proprias agnoſcunt tres, æ, au, & ei. Impropriam unam y. æ & au ita efferunt, ut utriuſque vocalis dyphthongum conſtituentis ſonus audiri poſſit: Ex. gr. ædur, *vena*, ſecus quam faciunt hodiè *Dani*, qui dypthongum æ per e exprimunt. Sic †au non ut *Latini*, ſed ut *Danorum* modernorum o *Iſlandi* efferunt, ut naud, *calamitas*. Ei vero & y communem conſuetudinem ſequuntur, ut neid, *calamitas*, ydur, *viſcera*.

"Hactenus doctiſſimus *Runolphus*, qui brevitati nimium ſtudens, haud pauca de literis lectu "ſimul jucunda, & utilia præteriit, quæ *Cimbricarum* literarum ſtudioſi maxime intereſt ſcire. "Iſtiuſmodi præſertim ſunt, quæ doctiſſimus *Gudmundus Andreæ Iſlandus* tradidit in Lexico ſuo "*Iſlandico*, quod *Hauniæ* non ita pridem neſcio quo fato mendoſe ſatis impreſſum, utinam quis "*Cimbricæ* literaturæ patronus correctius, & ſi ita viſum fuerit etiam & auctius denuo eden- "dum curaret. Iſtiuſmodi quoque ſunt, quæ Cl. *Chriſtianus Wormius*, *Olai Nepos* in literis ſuis, "dum *Oxonii Aræ Schedis* edendis ſudaret, ad nos datis ſcribere haud dedignatus eſt, & no- "biſcum pro humanitate ſuâ communicare, quippe quod eum certiorem feceram me jam tum

---

† Diphthong. au quandoque brevis eſt apud *Iſlandos*, utpote poſitum pro o, vel a breviſſimo: ut docet etiam *Gudmundus Andreas Iſlandus* in Lexico *Iſlandico*.

"in

"in eo pene totum esse, ut *Gramm.* Septentrionalium alteram, eamque longe perfectiorem editionem "literato orbi darem. ——Præterire (*inquit*) tamen non possum nonnullas prælo *Sheldoniano* deesse "literas, quas ut suppleret aliquis optarem. Id genus sunt diphthongi ǫ, ę, æ, quarum ne "vola quidem aut vestigium hic apparet, cum tamen adeo sint necessariæ, ut nihil supra. Prima "fateor fronte videntur cum ø oe coincidere; sed alia in prioribus latet emphasis, quam po- "steriores nesciunt exprimere. Quod unico saltem hic illustrare exemplo libet in *Ara*, quem "publici juris hic facimus. Est autem Byscopom ǫrum. Deerat hic litera; cujus vice, quam "credis me usurpasse? Certe non ø, quod neutiquam in hac voce locum habet; sed duas li- "teras vǫ, ut adeo excudi fecerim vǫrum, & verterim *Episcopis nostris*; quæ vox licet cum "sensu auctoris plane conveniat, si pronuntiationem consideres, longe alia est ab eâ, quam nos "dedisse *Aram* credimus, cujus sonus delicatissimus, ni fallimur, fuerat, medium sibi inter ø & vǫ "locum vendicans. Posterior diphthongus non ejusdem cum priori est momenti; in MSS. ta- "men occurrit frequentissima, ut in ętlon, in *Ara* nostro, pro quo tamen ætlon, & satis quidem "appositè, ni fallimur, impressum.

"Quod ad consonantes attinet, nec illas omni plane numero absolutas habetis. Deest plane "communissima illa inter f simplex, & duplex media, ut taceam eandem omnino literam "variis haud raro modis scribi. Ita illam *K* in MSS. antiquissimis, & optime Notæ expres- "sam videbis, ut alias taceam, quarum ductus, pro temporum diversitate toto ab hodiernis cœlo "distant, easque nisi quis ex MSS. aliquando eruerit, & in lucem protraxerit, difficillimum erit "tyronibus MSS. cujuscunque generis evolvere.

"Optarem præterea esset Grammaticæ *Islandicæ* adjectum singulare quoddam de abbreviatio- "nibus, & literarum inter se permutationibus caput, incredibili certe futurum usui. Ad prio- "res pertinet kungr pro konungr; mirþr pro myrðtur, & id genus aliæ numero tantum non in- "numeræ. Quod ad posteriores attinet, in unica voce nacquart, a, vocalem, cum o, & u; qp "cum k permutatas vides; legendum enim nockurt. in voce cairte, a cum e, i cum y, c cum k, "quod posterius frequentissimum est; ita & o cum u: haud raro permutatum observare licet, "præsertim in fine vocum; ut in scyllþo, quomo, pro scyldu, komu. Nihil autem frequentius, "quam ð cum t, & þ permutari: ut, in þat, dauþur, pro það, dauður. Est & alia non con- "temnenda, ut mihi videtur observatio ad grammaticam suo jure pertinens, totalem nonnulla- "rum literarum omissionem explicans, quæ ejus est naturæ, ut ad abbreviationes referri vix "possit: ita litera u frequentissime eliditur; ut, Nockrt pro Nockurt. Haud raro etiam litera n "abjicitur, præsertim in fine vocum, ut, han, man, pro hann, mann: aliquando etiam in medio: "ita madur pro mandur, *homo*. Et si quid de literarum in vocibus nonnullis pleonasmo. De "syllabarum præter necessitatem, præsertim in fine vocum, adjectionibus generaliores quædam "ex natura vocum elicerentur regulæ. Illæ sane ad etymologiam vocum felicius tradendam "haud parum conferrent. Hactenus pro acumine suo *Wormius* noster, cujus præceptiones ad "regulas quatuor reduci possunt, quarum singulas exemplis, quæ inter legendum occurrunt, "amplius illustrare nostri fore censemus.

